uolens ostendere discipulis suis quantum alios scitate praecelle
rent dicit eis; Nolite timere multis passeribus meliores estis uos; prop
ter ea & salamon clamat dicens; ut eruaris sicut dammula ex casib;
& sicut auis a laqueo, simile est regnum caelorum grano sinapis, quod
accipiens homo seminauit in agro suo; quod quidem minimum est omni
bus seminibus; quando autem creuerit maius efficitur uniuersis hole
ribus & fit arbor ita ut ueniant uolatilia caeli & sedeant in ramis eius;
Nam & in hoc innumerabile hominum genus uolatilia coaequauit, & enim
passer inuenit sibi domum & turtur nidum sibi ubi reponat pullos suos;
Turturi conparauit omnem castam ecclesiam propter multiplicem sapien
tie gratiam & quia uerum est quod dicimus; audi dauid loquentem, omnis
gloria filiae regis ab intus in fimbriis aureis circum amicta uarietate, & enim
passer inuenit sibi domum & turtur nidum sibi ubi reponat pullos suos; hoc est in confes
sionem throphei crucis enutriens inluminator filios suos; huius turturis hiere
mias mentionem facit dicens, turtur & hirundo & cicada agri passeris cogno
uerunt tempus aduentus sui; Turturem dicit omnem castam ecclesiam hi
rundinem uero iohannem hominem amatorem; cicadam autem eloquentis
simum paulum ecclesiae organum, de ista namque turturem praecepit abrahae
ei dicens; accipe mihi uaccam trimam & arietem trimum & capram trimam tur
turem & columbam, huius turturis meminit scriptura in cantica canticorum di
cens uox turturis audita est in terra nostra; Uox turturis huius caelestem xpi
nobis uernitemporis significauit aduentum; Uox turturis audita est in terra
nostra; audiamus igitur huius turturis uocem melleam decantantem nigra sum
inquit & speciosa filia hierusalem, nigra propter priorem praeuaricationē
speciosa propter scelerum paenitentiam; nigra propter luctum ruinae speciosa
propter splendorem baptismi gloriosum; nigra sum & speciosa filia hierusalem,
filias hierusalem sanctas animas patrum dicit; nigra sum & speciosa ex
gentibus ecclesia, ne consideretis me uos animae icae; nec aspiciatis in me.
quoniam ego nigerrima sum quia despexit me sol propter priora mea delicta, & quis
est sol qui eam despexit uideamus; Ille nimirum de quo ecclesiastes dicit
oritur sol & occidit sol & ad locum suum reuertetur; Ortus est enim nobis sol
iustitiae xps de sca maria secundum carnem genitus; Oriens quippe nomen
est illi, occidit uero quando post crucem ad inferna descendit; Oritur sol & occidit.

2/

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc452/0281